ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: GREGORIUS MAGNUS. PS. MARCILIA. PS. BOTO PRUVENINGENSIS
2. Hälfte 12. Jh. Seite 59r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Cuius enim asahel typum tenuit. nisi eorum quos uehemēter
arripiens furor in preceps ducit. qui in eodem furoris im
petu tanto caute declinandi sunt. quanto et insane rapiuntur.
Unde et abner qui sermone nr̄o patris lucerna dicitur fugit.
Quia doctorū lingua que supnum dī lumen indicat. cum
pabrupta furoris mentē cuiuspiam ferri conspicit. cumq.
contra irascentem dissimulat uerborum iacula reddere.
quasi psequentē non uult ferire. Sed cum iracundi nulla
consideratione se mitigant. quasi asahel psequi et insanire
noncessat. Necesse ē ut hi qui furentes reprimere conantur.
nequaquā se in furore erigant. sed quicquid ē tranquillita
tis ostendant. quedam uero subtiliter proferant in quibus
ex obliquo furentis animū pungant. Unde et abner cum
contra psequentē substitit. non eū recta sed auersa hasta
transforauit. Ex mucrone quippe percutere ē impetu
aperte increpationis obuiare. auersa uero hasta psequen
tem ferire ē. furentē tranquille ex quibusdā tangere. et
quasi parcendo superare. Asahel aut̄ protinus occumbit.
quia commote mentes dum et parci sibi sentiunt. et tam̄
responsionum rationū in intimis sub tranquillitate tanguntur.
ab eo quod se erexerant statim cadunt. Qui ergo a feruoris
sui impetu sublenitatis pcussione resiliunt. quasi sine ferro
amoriuntur.

·XVIII·

Aliter admonendi sunt humiles atq; aliter elati.